

patrocinio Potentissimi item Principis, Germaniæ Pa-
 rentis, primariiq; tutoris, supremi ArchiEpiscoporum,
 ArchiCancellariorum atq; Electorum Imperii, & Ar-
 canorum Naturæ quasi cujusdam Numinis; uno verbo,
 ederentur EMINENTISSIMO ELECTORE MOGUNTINO
 JOANNE PHILIPPO susceptore. Itaq; ad Electoralem
 illam Sedem TUAM Moguntinam ipsius HERMETIS
 voluntate abreptus, ne vel jussum tanti sive HOMINIS,
 sive DEI migrassê, vel in POTENTISSIMAM EMINEN-
 LIAM TUAM peccavisse, vel de CHEMICÆ artis salute
 atq; incremento parùm sollicitus fuisse videar dicarve,
 en TIBI Indulgentissimo bonarum Artium Patri, opu-
 sculum isthoc mole perexiguum (Smaragdum enim of-
 fero, quem pretium commendet non pondus;) demissis
 poplitibus DO. DICO. DEDICO. relegato omni verbo-
 rû & excusantium & deprecantiû purpuris. Cape illud
 EMINENTIS. ARCHIEPISCOPE PRINCEPSQ; ELECTOR,
 idq; gratiosissimo SERENISSIMI vultus Tui Lumine sic
 perfunde, ut Augusto isthoc splendore irradiatum, ma-
 lgnos liventis Invidiæ oculos perstringere, ingenuis
 verò HERMETIS filiis faci esse valeat. VALE. DEUS TE
 SERVET.

Per scriptum in illustri Comitibus Leiningensis Illu-
 strissimi arce HARTEMBURG, dum ipse præessem indoli
 Generosissimi Comitibus junioris, paternarum virtutum
 ex asse hæredis, mense AUGUSTO, ANNI CHRISTIANI
 M. DC. LVII.

LECTU-